

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

... ornamentum simile compedi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

190 De CALCEIS HEBRAOR.

Talm. in verunt viro magno Talmudici, qui
Schabbat. hæc ornamenta gestare consuevisse
Hebræorum puellas volunt, ne
passus facerent majores, & detri-
mentum accederet earum virginini-
tati. Belgæ reddiderunt *het circaat*
der cousselanden, nescio quos infe-
lices interpretes secuti. Johannes
Mercer ad Hebraicę literaturę mag-
num decus, ex quorundam senten-
tia tradit fuisse mera ornamenta,
instar compedium, quibus orna-
bantur. *Periscelides* reddunt viri
doctissimi Buxtorfius & Coccejus,
quam interpretationem alii quoque
amplectuntur, in primis vir sum-
mus Ludovicus de Dieu.

Buxt. Lex.
Hebr.
Cocc. Lex.
Hebr.
De Dieu
ad h. l.

Prov. 7.22.

IV. Horum sententia sola vera
est, cum evidenter rationibus
ostendi possit עבטים nihil aliud
quam *compedes* sive *periscelides* esse,
qua sin cruribus mulieres gesta-
runt, ut cadere necesse sit omnium
interpretum conjecturas, & ma-
xime eorum, qui vocem עכטם de
calceamentis acceperunt. עכטם com-
pedem notare minime est dubium.
In Salomonis Proverbiis ea vox
occurrit hoc significatu: אל
ונעכט מומך אויל ו tanquam in compede ad
casti-

castigationem stulti. Qui meretrixem sequitur, à Salomone cum bove comparatur, qui ad macellum dicitur, & cum stulto, qui in vincula sive compedes se implicat.

A עכשׂ, quod *compedem* notat, est plurale עכבים, quod nihil aliud quam *compedes* significare potest.

Cum vero עכבים sint inter mulierum ornamenta, quid aliud intelligimus quam ornementum, quod similitudinem compedium habet?

Vidit hoc Aben Ezra, qui nota- Aben Ezra
vit העכבים רומיים לכבל
Aschafim si- ad. h. l.
miles esse compedi. Neque abludunt Talm. in
Talmudici, qui pariter כבלים ap- Schabbat.
& in Gem.
pellant, & disputant an sit licitum cap. 6.

cum eis egredi in Sabbatho. Quid autem sint in כבלים in Gemara tradi-
tur: *Catenulæ videlicet aureæ, qui- bus pedes ligabant puellæ, ne nimis latos facerent passus.* Quod etiam in Glossa, & in libro suo Jad Chazaka Rabbinorum doctissimus Moses ben Maimon scribit. Qua in re, uti vanum atque futile est Maim. in
Glossa, &
quod de כבלים tradunt Talmudici, Iad Chas.
eum in finem gestatas fuisse ab Tract. de
Sab. cap.
10.
Hebræorum puellis, ne passus fa-
cerent majores, & detrimentum

accede-